# PRAYER IN TIMES OF EPIDEMICS

(extract from the Roman Ritual, Titulus IX, Caput X)

℣. Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis.

**℟. Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.**

℣. Adjuva nos, Deus, salutáris noster.

**℟. Et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos**

℣. Dómine, ne memineris iniquitátum nostrárum antiquárum.

**℟. Cito antícipent nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis.**

℣. Ora pro nobis, sancte Sebastiáne.

**℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.**

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

**℟. Et clamor meus ad te véniat.**

℣. Dóminus vobíscum.

**℟. Et cum spíritu tuo.**

Orémus.

Exáudi nos, Deus salutáris noster: et intercedénte beáta et gloriósa Dei genitríce María semper vírgine, et beáto Sebastiáno mártyre tuo, et ómni-bus Sanctis, pópulum tuum ab iracúndiæ tuæ terróribus líbera, et mise-ricórdiæ tuæ fac largitáte secúrum.

Propitiáre, Domine, supplicatiónibus nostris: et animárum et córporum medére languóribus: ut remissióne percépta, in tua semper benedictióne lætémur.

Da nobis, quǽsumus, Dómine, piæ petitiónis efféctum: et pestiléntiam mortalitatémque propitiátus avérte; ut mortálium corda cognóscant, et te indignánte tália flagélla prodíre, et te miseránte cessáre. Per Dóminum.

**℟. Amen.**

*Ultimo benedicit cum Reliquia S. Crucis, dicens:*

Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, + et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et máneat semper.

**℟. Amen.**

℣. Deal not with us, Lord, according to our sins.

℟. And take not vengeance on us because of our misdeeds.

℣. Help us, O God, our Deliverer.

℟. And for thy name's sake, O Lord, free us.

℣. Remember not, O Lord, our sins of old.

℟. Hasten to us with thy compassion, for we are become exceeding poor.

℣. St. Sebastian, pray for us.

℟. That we may be made worthy of the promises of Christ.

℣. O Lord, hear my prayer.

℟. And let my cry come unto thee.

℣. The Lord be with you.

℟. And with thy spirit

Let us pray.

Vouchsafe to hear us, O God, our only salvation! And through the intercession of the glorious and blessed Mary, Mother of God and ever Virgin, of thy blessed martyr, Sebastian and of all the saints, deliver thy people from the terrors of thy wrath, and restore their confidence by the outpouring of thy compassion.

Be moved to pity, O Lord, at our earnest entreaties, and heal the illnesses of body and soul; so that experiencing thy forgiveness we may ever rejoice in thy blessing.

We beseech thee, O Lord, grant us a hearing as we devoutly raise our petitions to thee, and graciously turn away the epidemic of plague which afflicts us; so that mortal hearts may recognize that these scourges proceed from thine indignation and cease only when thou art moved to mercy. Through our Lord…

℟. Amen

*The priest then blesses the people with a relic of the True Cross, saying:*

And may the blessing of Almighty God, Father, Son and Holy Spirit descend upon you and remain forever.

℟. Amen